



OPERVMM MINERALIVM M. IOANNIS ISAACI

HOLLANDI, SIVE DE LAPIDE

Philosophico,

LIBER PRIMVS.

NVNC Filium meum docere volo primum modum in Alchemia inuentum, omnia metalla, qua mortua & impura sunt, ad Verum Solem & Lunam reducendi: scietq; filius meus hanc rationem in Alchemia primum ordinem Vocari: quia prima est, qua in rerum natura inuenta fuit, ad imperfecta metalla perficienda.

Opus primi ordinis.

C A P. I.

In opere primi ordinis Saturnum sumendum docet, ac quomodo is parandus. Salis pars 1. & Saturni ana.

PRIMVM recipe Saturni lb. 12. eum in cineres mouendo redige in oblongo vase luteo, ita vt ex iguo cribro transmittere possis: tum ablue praedictos cineres Saturni, aqua munda pura, donec aqua pura defluat: quo sicca tuum Saturnum igni pusillo, donec puluerescat. Deinde sumito sal populare huc non decoctum; proiice in aquam frigidam, ac quicquid in aqua frigida resolui nequit, abiicito, prorsus enim inutile: Sal vero resolutum in eam siccitatem congela, vt puluerescat. Accipito tum partem illius salis & Saturni tantundem, simulque super lapide cum acri aceto ex vino confecto conterito: tum lento igni siccatu vt puluerescat: Deinde in vas calcinatorium luteum ita coctum, vt ignem ferre possit, immittito, factum in hunc modum.

Lutabis id forti operculo, ponesque in fornace calcinatoria calcinandum per dies noctesque 12. finesque hoc pacto modice candere, ita vt Sal non lique scat: vas vero adeo firmum esse debet, vt praedicto duodecim dierum spacio nec findatur, nec

Calcinandam 12. dies & noctes.



nec